

## L 10 „Ihr wart Barbaren!“

Flavia, dum cum Galla cenam parat, dicit:

„Quam dura fortuna est!

Domina mihi<sup>1</sup> labores imponit; pareo et dominae placere debo.

Semper Romam cogito. Quam iucunda vita ibi erat!

Tum ego eram domina; non laborabam, sed labores servis imponebam.

Servi mihi<sup>1</sup> parebant et laborare debebant.

Hic ego laborare debo, sed labores puella Romana digni non sunt“,

et magna voce addit: „Domina nata sum, non serva.“

Tum Galla: „Quid dicis, Flavia?

Neque ego neque Galli ad servitutem nati sumus.

Quondam liberi eramus et ...“

Flavia: „Homines barbari eratis; mores Gallorum asperi erant.“

Galla: „Erras, <sup>II/III</sup> Flavia. Galli humanitate non carebant.

Druides<sup>2</sup> magnum exemplum dant.

Nemo eos<sup>3</sup> sapientia superabat.

De cunctis controversiis<sup>4</sup> publicis ac privatis statuebant.

Nemo druides<sup>2</sup> non audiebat.“

Flavia: „Sed ut reges cum populo agebant

et deis homines sacrificare solebant.

Num hic<sup>5</sup> mos exemplum humanitatis est?

Num tu hunc<sup>5</sup> morem humanum dicis?

Romani Gallis mores imponere debebant.“

Galla nihil respondet.

Maesta est, quod Flavia adhuc se<sup>6</sup> dominam putat

neque mentem mutare cogitat.

1) **mihi**: mir 2) **druidēs**, -um m: Druiden 3) **eōs**: sie (Akk. Pl.) 4) **contrōversia**, -ae f: Streitigkeit, Rechtsfall  
5) **hic** (Nom. Sg. m)/**hunc** (Akk. Sg. m): diese(r)/diese(n) 6) **sē**: sich